



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Decretum super petitione concessionis Calicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

beneficia inhabilis efficiatur: & à suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

DECRETVM SVPER PETITIONE concessionis Calicis.

Insuper, a cùm eadem Sacrosancta Synodus ^{a Sess. 21.} ^{can. 4.} Superiori Sessione duos articulos, aliàs propósitos, & tum nondum discussos, videlicet: An rationes, quib. S. Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam nō celebrātes sacerdotes, sub vna panis specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vsus cuiquam sit permittendus: &, An, si honestis, & Christiane caritati consentaneis rationib. cōcedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam ille sint, in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinādos, atque definiendos reseruarit, nunc, eorū, pro quibus petitur, saluti optimè consultum volens, decreuit, integrum negotium ad Sanctissimum Dominum nostrum esse referendum prout præsentis decreto refert; qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod vtile Reipub. Christianæ, & salutare petentibus vsus Calicis, fore iudicauerit.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem Sacrosancta Tridentina Synodus

K

nodus

novus diem futura Sessionis ad feriam quinta, post octavam festivitatis omnium Sanctorum que erit dies 12. mensis Novem. indicit; & in ea decernitur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonij, &c.

Prorogata fuit Sessio usque ad diem
15. Julij. M. D. LXIII.

SESSIO XXIII.

QUAE EST SEPTIMA,
SVB PIO IV. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XV.
IUL. M. D. LXIII.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis, ad condemnandos errores nostri temporis, à sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata Sessione septima.

CAPVT I.

Sacrificium, & sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in nouo Testamento sanctum Eucharistiae sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit; fateri etiã oportet, in ea nouum esse visibile, & externum sacerdotiũ, in quod vetus translatus est. hoc autem ab eodẽ Domi-

no Sal-